



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 6. An lex talionis sublata sit, & iudicia Christianis prohibita?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

§. 7. *Quod vero amplius est, & excedit, quod redundat,* loquitur enim de iuramento non necessario, id à malo est. Variæ interpretationes. 1. à malo alicuius non credentis nisi iuranti, 2. à mala consuetudine iurantis, 3. à malo quo concessum Iudeis iurare per creaturas, 4. à malo, quo Iudei iurabant sine reuerentia & veritate per creaturas, 5. à demone, qui perantonomasiam vocatur *νεμερς* malus. Ille enim iurandi consuetudinem, & periuriam inducit. Atque hæc posterior vera est, & literalis explicatio. Syrus habet מין בישא *Men bischa* hu, à malo illud. Est vero *Bischa* vt *νεμερς* insignitus malus, & in flagitiis exercitatus.

§. 3. Hanc Dei legem Christus non sustulit, est e-
nim

VERSUS 38.

*Audistis quia dictum est, Oculum
pro oculo, & dentem pro dente.*

nim naturalis æquaritas, sed quæ erant additamenta Pharisæorum reiecit. Existimabant illi contra iniuriosum licere statim insurgere, & se se vindicare.

His vero sententiam suam exponit.

Primo, non resistendum malo, *μη ἀντιστάς*, non *violenter obistere*, vel vt Syrus *לֹא תִקְרֹב לָאֵל* dela The-
Nō resisten- cumum, non insurgendum contra malum. Quorum
dum malo. verborum non est sensus, non esse iniuriæ resisten-
dum, mala vicissim inferendo, vt *τὸ πῶτε* sic instru-
mentum, sed non esse resistendum iniuriæ, vel iniu-
rioso, illatis vicissim damnis, & pensata iniuria. Quod
Scribæ permittebant.

§. 4. Duo præcipue hominum genera fidem Chri-
stianam ex hoc loco arguebant. Gentiles & Christiani
nomine solo, hoc est, Manichæi. Gentiles quidem
calumniabantur eueri Rempublicam, si omnes iniu-
riam acciperent, nemo repelleret. Manichæi Deum
veteris Testamenti malum esse, & sæuum vindicem,
ideo eius leges à Christo corrigi. Vtrunque refellit S.
Augustinus, & Gentes quidem Epist. 5.

§. 5. Marcellinus Ethnicorum cautionem hunc
in modum proponit. [Tum deinde quod eius præ-
dicatio atque doctrina, Reipubl. moribus nulla ex
parte conueniat: vtpote, sicut à multis dicitur, cuius
hoc constet præceptum, vt nulli malum pro malo red-
dere debeamus, & percutienti aliam præbere maxil-
lam, & pallium dare persisterenti tunicam tollere, &
cum eo qui nos angariare voluerit, ire debere spacio
itineris duplicato: quæ omnia reipubl. moribus asse-
rit esse contraria. Nam quis tolli sibi ab hoste aliquid
patiatur, vel Romanæ prouinciæ depradatori non
mala velit belli iure reponere: & cætera quæ dici ad
rem posse, intelligit veniabilitas tua.] Hæc Mar-
cellinus Gentilium pulsatus quæstionibus, & Epistolas
Augustini eliciens.

Respondet Augustinus, etiam principes gentium
ignouisse, Cæsaremque à Cicerone laudatum, quod
obliuisceretur iniurias, ciuitatem non nisi concordia
factam esse. Deinde, hoc quippe sit, ait, vt vincatur
bono malo, imo in homine malo vincatur bono malo,
& homo liberetur à malo, non exteriore & alieno, sed inti-
mo ac suo, quo grauius & perniciosius, quam cuiusvis hostis
extrinsecus immanitate vastatur. Qui ergo vincit bono ma-
lum, patienter amittit temporalia commoda, vt doceat quam
pro fide atque iustitia contemnenda sint, quæ ille nimis a-
mando sit malus: ac sic iniurius ab eo ipso cui fecit iniu-
riam, discat qualia sint propter quæ fecit atque in concor-
diam, quæ nihil est vtilius ciuitati, penitens acquiratur, vi-
ctus non sentiens viribus, sed beneuolentia patientis. Tunc
enim recte fit, cum videtur ei profuturum esse propter quem
fit, ad operandam in eo correctionem, atque concordiam. Hoc
certe animo faciendum est, etiam si alius exitus consequatur,
nec corrigi velit atque pacari, propter quem corrigendum
atque parandum, velut curandum & sanandum adhibita est
ista medicina.

Primo hoc recte fieri censet, cum speratur corre-
ctio malum inferentis. Tunc enim recte fit, cum vi-
detur ei profuturi esse. Et sane si recte consideremus,
vt plurimum prodest improbo patientia tolerantis
iniuriam, si non omnem humanitatem excussit.

Secundo patientiam exhibendam, vt numerus po-
tius crescat bonorum, non vt pari malitia se quoque
addat numero malorum.

Tertio: Hæc in preparatione animi consistere.

Denique ista præcepta magis ad preparationem cordis quæ in-

moretinetur est pertinere, quam ad opus quod in aperto fit, vt teneatur
in secreto animi patientia cum beneuolentia: in manifesto
autem id fiat, quod eis videtur prodesse posse, quibus bene velle
debemus, hinc liquido ostenditur, quod ipse Dominus Iesus
exemplum singulare patientis cum percuteretur in faciem,

respondit: Si male dixi, exprobra de malo: si autem be-
ne, quid me cædis? Nequaquam igitur præceptum suum,
si verba intueamur, impleuit. Neque enim præbuit percu-
tienti alteram partem, sed potius prohibuit, ne qui fecerat ini-
uriam augetet: & tamen paratus venerat, non solum in fa-
ciem percuti, verum etiam pro his quoque, à quibus hæc pa-
tiebatur, crucifixus occidit, pro quibus ait in cruce pendens:
Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Nec
Paulus Apostolus præceptum Domini & magistri sui videtur
implexisse, vbi etiam ipse percussus in faciem dixit principi sa-
cerdotum: Percutiet te Deus paries dealbate: sedes iu-
dicans me secundum legem, & contra legem iubes
me percuti.

§. 6. Ita ista ergo præcepta sunt in preparatione a-
nimi tenenda: vt à iquando vetitum sit, opere exte-
no implere: ne irritatione aduersariorum, peccata
eorum augeamus. Interdum vero cum eorum spera-
tur emendatio, faciendum omnino, vt altera præbeatur
maxilla, pallium dimitatur, duplex via eatur.
Falso itaque Calanus, Beza, Bullingerus ista negant.
Desipere eos ait hoc loco Bullingerus, qui secundum
literam intelligunt. [Quod autem alii literæ inhæ-
rent, loquutionumque scripturæ ignari contentunt
spretum esse Domini præceptum, nisi protinus & pa-
lam obertas percutienti vitramque maxillam, stoli-
de ac pueriliter desipiunt. Dominus enim loquutio-
nibus istis hyperbolicis, & quodam modo parabolici-
cis, non aliud voluit quam summam patientiam ani-
mæ moderationem docere, vtque tantum abli-
mus à cupiditate vindictæ, vt vltro parati simus alte-
tam potius iniuriam admittere, quam malum malo
pensare. Alioqui enim ne dominus ipse quidem in
dextram percussus à ministro pontificis alteram mox
obuertit.]

Verum non est insipientia summa patientiæ exem-
plo hostem lucrari. Quod fieri potest, legē secundum
literam obsequari.

§. 7. Non obstat autem Reipublicæ, mansuetu-
dinis præcepta ex eo constat, quod priuata vindictæ,
& impatientiæ, odii que frenos iniungunt. Princeps &
iudex ex officio gladium portat, ei curæ est salus ac de-
fensio ciuium: cui tamen in ipsa pena animi tran-
quillitas præcipitur. Quæ de re optime Augustinus.
Sunt ergo ista præcepta patientiæ semper in cordis præparatio-
ne retinenda: ipsaque beneuolentia ne reddatur malum pro
malo, semper in voluntate complenda est. Agenda sunt autem
multa, etiam cum inuita benigna quadam asperitate plecten-
dis, quorum potius vilitati consulendum est, quam voluntati,
quod in principe ciuitatis luculentissime illorum literæ lau-
dauerunt. Nam in corripiendo filio quamlibet asperere, nun-
quam profecto amor paternus amittitur. Fit tamen quod no-
lit & doleat, qui etiam inuitus videtur dolore sanandus. Ac
per hoc si terrena ista reipublica præcepta Christiana custodiat, est magis
& ipsa bella sine beneuolentia non gerentur, vt ad pietatis iur-
sticiæque pacatam societatem victis facilius consulatur. Nam
cui licentia iniquitatis eripitur, vilitate vincitur. Quoniam
nihil est infelicius felicitate peccantium, quæ penalis nutritur
impunitas, & mala voluntas velut hostis interior roboratur.

§. 8. Hisce igitur verbis prohibetur, priuatorum
vindictæ, odium ac impatientiæ. Vt nec ipsi læsi in-
nuadant, nec cupiditate vindictæ sentientes à iudice vi-
tionem impetrent. Dei enim hoc munus est: mihi vin-
dictam, & ego retribuam. Deinde vt potius maiorem ini-
uriam sustineamus, quam minorem vlescamur. Ter-
tio, vt cum gloria Dei, & salus proximorum id exigat,
de nostro iure lubentes remittamus.

Nulla modo autem prohibetur inculpatæ tutelæ
defensio, aut sui iuris legitima prosecutio. Modo a-
nimi moderatio, æquitasque seruatur. Suadetur ta-
men vt quamuis vel salutis proximorum, vel Dei glo-
riæ ne-

Omni Rei-
pub. neces-
sarium de-
licti igno-
scere.

Ignoscendū
est, cum sic
malus e-
mendatur.

Beneuolen-
tia in ani-
moretinen-
da.

Christi
Apostoli
altera ma-
xillam non
præbuit.

Aliqua
non liti-
prius
re.

id est
et.

Prin-
cipis
ita. Vbi
vltimo
datur, si
cum
moderati-
onem.

Ac Bene-
fici
est magis
legitima
puniri.

Benefici-
um
est magis
legitima
puniri.

ne necessarium non sit, humilitatis tamen, & mortificationis causa iniuriam feramus. Et hac quidem in re nobiscum consentiunt etiam sectarii, & anabaptistas confutant, ut Pileator in notis.

Ne resistatis malo. vindicta priuata est illicita. Confer Romanor. 12. versic. 19. Non vosmetipsi vlciscentes, &c. Leuit. 19. versic. 18. Ne vlciscitor. Deuteron. 32. versic. 35. Mea est vltio, ait Iehoua. quasi dicat: Non autem tua. Adhuc enim modum ex illo dicto rationi natur Paulus loco modo citato. Ex iisdem verbis cauendus hoc loco error Anabaptistarum: qui statuunt, administrationem iuris Christianis esse illicitam. Itaque iudicia & actiones forenses simpliciter damnant. At, inquam, non attendunt ad mentem Christi. Nihil enim aliud his verbis prohibere voluit Christus, quam vindictam priuatam & iniuriæ acceptæ retaliationem, cum quæ par pari refert, & malum pro malo reddit. Publicam autem vindictam quæ sit per magistratum aperte stabilit Spiritus S. per os Pauli Rom. 13.]

Addendum est etiam publicam vindictam prohiberi quæ cupiditate vlciscendi, ira odioque, non zelo iustitiæ, correctionis, & publicæ tranquillitatis appetitur. Hanc animi præparationem etiam in bellorum tumultibus Augustinus requisit, lib. 22. c. 75. & 76. contra Faustum.

§. 9. Quod vero Faustus contendebat bella Moisis crudelia, vel non iusta à Deo: vel si iusta essent, Deum illum bonum non esse, qui tam crudelia iubet: aut sane eum non esse, qui nunc vetat malo resistere. Augustinus lib. 22. cap. 76. dissoluit. Hæc esse in animi præparatione. Interim cap. 75. illud sanctis non obesse, cum Deo auctore bellum geritur. & cap. 74. Moïsem in illis non fauentem, sed obedientem fuisse. Nec Deus, inquit, qui iubebat ista, seuiebat, sed digna dignis retribuebat, & dignos terrebatur. Narrat vero ex Manichæorum libris seu historiam, seu fabulam, quæ huc pertinet, cap. 79. Ibi tamen legunt Apostolum Thomam, cum esset in quodam nuptiarum conuiuium peregrinus & prorsus incognitus, à quodam ministro palma percussus, imprecatur fuisse homini contumacem seuamque vindictam. Nam cum egressus fuisset ad fontem, vnde aquam conuuantibus ministraret, eum leo irruens interemit, manumque eius, quæ caput Apostoli leui ictu percusserat, à corpore auulsam, secundum verbum eiusdem Apostoli id optante atque imprecantis, tantum intulit mensis, in quibus ipse discumbat apostolus. Quid hoc videri crudelius potest? Verum quia ibi, nisi tamen fallor, hoc etiam scriptum est, quod ei veniam in seculo futuro petuerit, facta est compensatio beneficii maioris: ut & Apostolus quam charus Deo esset, per hunc timorem commendaretur ignotis: & illi post hanc vitam quandoque finendam, in æternum consuleretur. Vtrum illa vera sit, aut conficta narratio, nihil mea nunc interest. Certe enim Manichæi, à quibus illa scriptura, quas Canon ecclesiasticus respuit, tanquam vere atque sincere acceptantur, saltem hinc coguntur fateri, virtutem illam patientiæ, quam docet Dominus, dicens: Si quis te percusserit in maxillam tuam dexteram, præbe illi & sinistram: posse esse in præparatione cordis, etiam si non exhibeatur gestu corporis, & expressione verborum: quandoquidem Apostolus palma percussus, potius Deum rogauit, ut iniurioso homini in futuro seculo parceretur, in presenti autem illa iniuria non multa relinquere, quam vel præbuit serienti alteram partem, aut ut iterum feriret, admonuit. Tenebat certe interius dilectionis affectum, & exterius requirebat correctionis exemplum. Siue hoc verum sit, siue confictum, cur nolunt credere tali animo famulum Dei Moysen idoli fabricatores & adoratores gladio prostrauisse: cum & in eius verbis satis appareat, ita huiusmodi peccato cum veniam deprecatur, ut nisi impetraret, deleri se vellet de libro Dei.

§. 10. Quin & illud optime dictum ab Augusti-

no, lib. 19. contra Faustum c. 25. cum dicitur: Oculum pro oculo; non fomitem, sed limitem esse furoris. Tam vero illud quod antiqua dictum est, Oculum pro oculo, dente pro dente: quomodo contrarium habet quod ait lionem pro Dominus, Ego autem dico vobis, non resistere malo, sed si quis gredi vetat, percusserit te in maxillam tuam dexteram, præbe illi & alteram, &c. Quandoquidem & illud antiquum ad reprimendas flammæ odiorum, fauentiumque immoderatos animos refranandos, ita præceptum est. Quis enim tantundem facile contentus est reponere vindicta, quantum accepit iniuria? Nonne videmus homines leuiter lesos moliri cadem, sitire sanguinem? vixque inuenire in malis inimici vnde sauiunt? Quis pugno percussus, non aut iudicia concitat in damnationem eius qui percussit, aut si ipse repercutere velit, rotum grauius iustum hominem, si non etiam telo aliquo arrepto, pugni calcibusque sto iniurias contudit? Huic igitur immoderate, ac per hoc iniuste vltio vlciscuntur, lex iustum modum figens poenam talionis instituit: hoc est, tur, ut qualem quisque intulit iniuriam, tale supplicium pendat. Proinde oculum pro oculo, dente pro dente, non fomes, sed limas furoris est: non ut id quod solum erat hinc accendetur, sed ne id quod ardebat, ultra extenderetur. Imposita est enim quadam iusta vindicta, iustque debetur ei, qui fueris passus iniuriam.

VERSUS 43.

Audistis quia dictum est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

Vers. 44. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos:

Vers. 45. Et orate pro persequentibus & calumniantibus vos: ut sitis filii patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.

QUESTIO I.

An veteri lege licuerit odisse inimicos?

§. 1. Mandatas Iudæis inimicitias quarundam gentium, vetita fœdera ex scriptura nouimus, ut Deut. 25. Exod. 23. Toties iubentur Chanaanæos occidere, non habitare inter eos. Hinc eo deuenerunt, ut existimarent, odia earum gentium sibi mandata. Et tandem illud: Diliges proximum tuum, restrinxerunt ad eum, qui beneuolus esset: Id enim ex eo constat, quia additur, Et odio habebis inimicum tuum. Quocirca Christus monet, non solos amicos, sed etiam inimicos diligendos. Hoc igitur caritatis præceptum, quod totum genus humanum amore mutuo deuincit, peruersa interpretatione ad sui generis homines, deinde ad amicos restringebant Pharisei. At in lege dilectionis omnis homo habendus est pro proximo. Nam si nos in Turcas & barbaros incidamus, vel bello capti, vel naufragio eieci, homines ab hominibus officia humanitatis exposcimus, quod ergo exhiberi nobis oportet, id præstare aliis debemus. Itaque nec regionis interuallum, nec idiomaticæ diuersitas, nec aliud quicquam efficit, ut non sit homo homini proximus. Imo natura gentes edocet, maxime esse detestabilem inhumanitatem, quæ in peregrinos & hospites fauit.

§. 2. Cum

MANUS CRISTE
IN
+ Euangelia
CUI
18

Bella in
Chanaanæos
Iudæis mā-
data sunt.

Omnis ho-
mo homini
proximus.